Nouerint Uniuersi quod Ego Joannes Serra presbiter ecclesie Vicen. beneficiatus procurator substitutus ad hec et alia peragenda legitime constitutus et or-
dinatus ab honor. marciale Terauaria procuratore parrochie Sancti Genesij de Taradello Vicen. diocesis gaude vener. barnardi Terauaria presbytero obti-
nentis beneficium ecclesiasticum sub inuocatione Sancti Spiritus et Sancte Agnetis in claustris nouis Sedis Vicen. per Gillermum Vilarouira quondam institutum et fundatum Procur.
de huiusmodi seu substitutione meo mandato constat instro publico recepto apud Saluium Bigues not. infrascriptum die tertio mensis nouembris proxime lapsi de procuratione vero dic-
ti marcialis Terauaria constat instro publico recepto et testificato per Valentinum Arciassol presbiterum et Vicarium parrochialis ecclesie monasterij beate marie de
Castrofollito abbatiatus sancti benedicti de bagis ducatus cardone auctoritate prioris not. publicum die vndecima mensis septembris proxime lapsi prout dictus not. suis cer-
tificatorijs litteris ad plenum fidem facit Gratis et ex certa scientia per dictos principales meos et successores in dicto beneficio laudo approbo ratifico et confirmo siue de no-
uo stabilio vobis Gillermo Reymundo Aragay agricole heredi domino vtili et proprietario mansi Aragay parrochie Sancti Martini de aquafrigida vicen. dioc.
presenti et infrascripti acceptanti et Vris et quibus volueritis perpetuo vobis tamen consimilibus et Vrorum Totum Integriter mansum de puig mol net siue monar ad
dictum mansum Aragay vnitum cum suis domibus totaliter dirrutis et casali eiusdem cum eiusdem mansi terris honoribus et possessionibus ac confrontationibus
eiusdem scitum in dicta parrochia sancti martini de aqua frigida Et Predictum mansum cum omnibus iuribus et pertinentijs suis vniuersis tenetis
et possidetis prout predecessores vri a longis citra temporibus habuerunt et possiderunt sub dominio libero et franco alodio dicti beneficij S.ti Spiritus et sancte Agnetis ad
censum scilicet pro personis et iuribus personalibus dicti mansi quinque solidorum et vnius pernemum salsarum ad consuetudinem dicte parrochie et trium solidorum
monete de duplo et vnius paris gallinarum vnius quarterie ordei et medie quarterie spelte ad mensuram veteram et tasche et braciatici omnium expleto-
rum de omnibus honoribus et possessionibus qui sub dominio dicto tenentur et etiam alia seruitia que homines dicte parrochie faciunt suis dominis has itaque lauda-
tione approbatione ratificatione et confirmatione siue de nouo stabilimentum facio Ego dictus Joannes Serra nomine predicto vobis dicto Gillermo Raymundo
Aragay et vris et quibus volueritis perpetuo vobis tamen consimilibus et vrorum de predictis sicut melius dici potest et intelligi ad saluamentum et bonum etiam
intellectum vri et Vrorum predictorum sub tali tamen pacto forma lege et conditione quod predicta melioretis et in aliquo non deterioretis Et quod prece
sic predictorum et omnium melioramentorum que vos et vestri ibi feceritis in emendam et compensationem dictorum censuum et iurium faciatis et prestetis
anno quolibet in festo omnium sanctorum ex vna parte quindecim solidos barcinonenses ex alia parte mediam quarteriam spelte et mediam quarteriam
ordei iam pro predictis fieri et prestari solitis durante tamen beneplacito dicti beneficiati et suorum in dicto beneficio successorum Vobis
Autem nos faciatis neque proclametis alium dominum seu dominos nisi tantum dictum beneficium et dictum principalem meum et suos in dicto
beneficio successores saluis tamen semper in et super predictis que dicto nomine vobis laudo approbo ratiffico et confirmo siue de nouo stabilio censu
iure dominio firma et alio quolibet Jure dicti beneficij et dicti beneficiati principalis Illius nomine Qui census sunt predicti soluendi anno quolibet vt dictum
est Et saluo in quantum laudimio siue retrotertio Jde pro predictis dicto domino principali meo soluere competenti PRO huiusmodi Vero laudatione appro-
batione ratificatione et confirmatione siue de nouo stabilimento dedistis et soluistis mihi dicto nomine et confiteor me a Vobis habuisse recepisse
realiter et de facto tredecim solidos et quatuor denarios barcinonenses Et ideo Renuntiando exceptioni pecunie predicte non numerate non habite et non
recepte reique ita non esse et sic in ueritate non consistere et dolo malo et actioni in factum et omni alij Juri consuetudini his obuiantibus quouis modo
volo et concedo dicto nomine ac vobiscum expresse paciscor quod huiusmodi instrumentum sit et cedat Vobis loco carte precarie et antiqui tituli pre-
dictorum Quoniam prout vos asseruistis et ad sancta dei quatuor euangelia manibus vestris corporaliter tacta in anima vestra iurastis quod non inuenistis nec
inuenire potuistis aliqua instrumenta noua vel vetera vobis predictis titulum facientia quinimo eorum deperditio est et redditur vobis Impossibilis nec aliquid do-
lo malo fecistis quo minores censos aut alia Jura quam supra continetur dicto beneficio et eius successoribus faceretis et prestaretis seu facere et prestare deberetis protestor
tamen dicto nomine et expresse reseruo quod si in futurum apparuerint aut potuerint inueniri seu doceri aliqua instra aut alia legitima documenta pro predictis facientia
quibus appareat aut poterit probare vos et successores vestros pro predictis debere facere seu prestare maiores censos aut alia iura quam supra continetur quod illos et
illa ego dicto nomine et dictus principalis meus et dictum beneficium et eum pro tempore tenentes petere consequi et habere possit et possint presenti instro in aliquo non
obstante insuper conuenio et bona fide promitto vobis dicto Gillermo Raymundo Aragay et Vris predictis quod predicta omnia et singula rata grata valida atque fir-
ma habebo tenebo et obseruabo dictusque dominus principalis meus habebit tenebit et obseruabit et in aliquo non contrafaciet vel veniet aliquo Jure cau-
sa vel etiam ratione Ad Hec Ego Dictus Gillermus Reymundus Aragay laudans aprobans ratificans et confirmans omnia et singula supradicta et eisdem omnibus
et singulis expresse consentiens prout melius et plenius superius est dictum et continetur Gratis et ex mea certa scientia per me et omnes heredes et successores meos in
predictis conuenio et bona fide promitto vobis dicto vener. Joanni Serra dicto nomine et dicto principali Vestro et suis in dicto beneficio successori-
bus quod quandiu ego et mei in his successores tenebimus predicta per vos dicto nomine mihi laudata approbata ratifficata et confirmata siue de nouo
stabilita dabo et soluam meique heredes et successores dabunt et soluent dicto principali vestro vt beneficiato predicto et suis in dicto beneficio succes-
soribus quolibet anno in dicto die siue festo omnium Sanctorum dictos quindecim solidos barcinonen. et mediam quarteriam tritici in esmendam et compensati-
onem censuum et iurium supradictorum durante tamen beneplacito dicti principalis vestri beneficiati predicti et suorum in dicto beneficio successorum nec non alia iura
supra dicta quodque non faciam neque proclamabo alium dominum seu dominos nisi tantum dictum beneficium et dictum principalem Vestrum et suos in dicto bene-
ficio successores Et quod omnia alia pacta et conuentiones per vos dictum dominum Joanem Serra nomine dicti principalis vri mihi et meis superius apposita
et adiecta attendam et complebo perpetuo egoque et mei in his successores attendebimus et complebimus et in aliquo non contrafaciemus vel veniemus aliquo Jure cau-
sa Vel etiam ratione et pro predictis omnibus et singulis complendis firmiterque et Inuiolabiliter obseruandis ego dictus guillermus Raymundus Ara-
gay obligo vobis dicto vener. Joanni Serra dicto nomine seu dicto principali vestro et suis in dicto beneficio successoribus specialiter et expresse totum
Jus emphiteoticum quod habeo In predictis et generaliter omnia et singula alia bona mea mobilia et Immobilia vbique habita et habenda etiam quo-
uis modo vel Jure priuilegiata Renuntians legi siue iuri dicenti quod prius transeundum sit per specialiter quam generaliter obligata et alij dicenti quod
quandiu potest creditor de speciali hipoteca sibi satisfacere manum ad alia non extendat et omni alij iuri consuetudini his ob-
uiantibus quouismodo Hec igitur omnia et singula que et prout dicta sunt supra et promissa facimus paciscimur conuenimus et bona fide pro-
mittimus nos dicti contrahentes scilicet vna pars nostrum alteri et nobis adinuicem et Viceissim nec non notario infrascripto tanquam publice persone hec pro
nobis et nostris et pro alijs etiam personis omnibus et singulis cuius Interest recipienti paciscenti ac etiam legitime stipulanti Nouissime volu-
et concedimus nos dicte ambe partes dictis nominibus quod de his fiant et conficiantur duo publica consimilia et eiusdem tenoris Instrumenta quorum
vnum vtrique parti nostrum tradatur expensis tamen meis dicti aquisitoris Actum est hoc Vici die tertio mensis maij anno a nat.
Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto Sig+num Joannis Serra dicto nomine laudantis Sig+num guillermi Raymun-
di Aragay predicti Qui hec laudamus concedimus et firmamus [illegible] spelte et mediam quarteriam [illegible]
propria scriptis

Testes huius rei sunt monserratus Riera scriptor Vicen. et benedictus garriga agricola parrochie Sancti
martini de aqua frigida Vicen. dioc.

Sig+num meum Saluij Bigues auctoritate Rmi domini Vicen. epi not. publici Vicen. qui hec manu aliena fideliter
scribi feci [illegible]

1595